XIII Vbi dicente dno ego sum panis uitae & qui manducat me·uiuit propter me·multi discipulorum abierunt retro;

XIIII Vbi fratres dm dicunt ei·uade in iudeam ut uideatur operatua·;

XV Vbi in die magno festiuitatis clamabat dicens qui sitit ueniat & bibat·;

XVI De mulierem in adulterium deprahensam

XVII Vbi dns dicit ego sum lux mundi·ego sum principium

XVIII De ceco nato inluminato

XVIIII Vbi dicit ego sum pastor bonus

XX Vbi dns adiudeis dicitur sitiuet xpc dic nobis·

XXI De lazaro resuscitato·

XXII Vbi maria pedes dni unxit·;

XXIII Vbi accipientes rami palmarum obuiam populi dno processerunt ubi dicit anima mea turbata est;

xxviii Vbi dicit cum tanta
signa fecisset non
credebant in eum
& ubi dicit qui credit
in me credit in eum
qui misit me..

xxix Decaena dñi. & pedum
lauatione

xxx Vbi monit ut sediligant
de petri ab negatione
& non turbetur cor
uestrum;

xxxi Vbi dñs dicit. sidiligitis
meae mandata mea
seruate & ego roga
bo patrem & alium
paraclytum dabit
uobis.,

xxxii Vbi pacem suam disci
pulis relinquid.,

xxxiii Vbi dicit. ego sum uitis
uera & pater meus
agricola.,

xxxiv Vbi dicit dns cum uene
rit paraclytus ille
testimonium.,

xxxi Decommendatione dis
cipulorum clarificat
filium suum;

xxxii Pater scae seruaeos
in nomine tuo quos de
disti mihi..

xxxiii Vbi dns ad nam ducitur.
passio dñi.

xxxv Vbi dns resurgens ianuis
clausis discipulis ap
par&. iterum post
dies octo. Similem
tertioque admare
tiberiade. piscan
tibus apostolis se
praebuit ac petro
dicit pasce oues meas.,

EXPLICIVNT
CAPITVLA
SECVNDV
IOHANNEM
DŌ GRATIAS


SCS IOHANNIS

✝ INCIPIT EVANGELIVM SECVNDVM IOHANNEM

IN PRINCIPIO ERAT VERBVM ET VERBVM ERAT APVD DM ET DS

erat bum · hoc erat in prin
cipio apud dm omnia per
ipsum facta sunt & sine
ipso factum est nihil ·
Quod factum est in ipso
uita est & uita erat
lux hominum & lux in
tenebris luc&. & tene
bre eam non con prae
henderunt · Fuit homo
missus a dō cui nomen erat
iohannes · hic
uenit in testimonium ut
testimonium per hiberet
de lumine · ut omnes p
illum crederent · Non
erat ille lux · sed ut testi
monium per hiberet de
lumine · Erat lux uera
que inluminat omnem
hominem uenientem
in hunc mundum ·
In hoc mundo erat &
mundus per ipsum fac
tus est & mundus eum
non cognouit · In sua
propria uenit & sui
eum non receperunt
Quot quot autem re
ceperunt eum dedit

est potestatem filios dī fieri
his qui credunt in nomine
eius qui non ex sanguinibus
neque ex uoluntate carnis
neque ex uoluntate uiri. sed
ex dō nati sunt. Et uerbū
caro factum est & habi
tabit in nobis. & uidimus
claritatem eius quasi unigeni
ti a patre plenum gratiae
& ueritatis. Johannes
testimonium perhibet
de ipso & clamat dicens.
Hic est quem dixi. qui post
me uenit ante me factus
est quia prior me erat.
Quia de plenitudine eius
nos omnes accepimus &
gratiam pro gratia.
Quia lex per moysen data
est. gratia & ueritas
per ihm̄ xp̄m facta est.
Dm̄ nemo uidit umquam
unigenitus filius qui ē
in sinu patris. ipse enar
rauit. & hoc est testi
monium iohannis. quan
do miserunt iudei ab
hierusolimis sacerdo
tes & leuitas ad eum

ut interrogarent eum
tu quis es & confessus
est & non negauit con
fessus est qui ego non
sum xp̄s. & interroga
uerunt eum iterum quid
ergo tu helias es. & dix̄
non sum. Qui ergo pro
phēta es tu. & respon
dit. non. & dixerunt ei.
Ergo quis es. dic nobis. ut
responsum demus his qui
miserunt nos. quid dicis de
te ipso. Ait ergo. uox
clamantis in deserto
dirigite uiam dn̄i sicut
dixit esaias prophēta.
Et qui missi fuerant &
pharisei interrogaue
runt eum & dixerunt ei.
Quid ergo baptizas si tu
non es xp̄s. neque helias.
neque prophēta. Res
pondit eis iohannis dicens
Ego quidem uos bapti
zo in aqua. medius aū
uestrum stat quem
uos non scitis. ipse est
de quo dicebam qm̄
post me uenit uir cuius

ego non sum dignus ut sol
uam corrigiam calcia
mentu eius. haec
inbethania factasunt
trans iordanen ubierat
iohannis baptizans.

ℒ xiii plus

II Alteradie uidet ioh
ihm uenientem adse. &
ait. ecce agnus dī ecce
qui tollit peccatummundi
hic est dequo dixi. post
me uenit uir qui ante
mefactus est quiaprior
me erat. & ego nonscie
bam eum sed ut mani
festaretur plebi isrl
propterea uenī ego in
aqua baptizans.
Et testimonium perhi
buit iohannis dicens.
Quia uidi spm descenden
tem quasi columbam de
celo. & mansit super eū
& ego non sciebam eum.
Sed qui misit me baptiza
re inaqua. illemihidixē
Super quemuideris spm
discendentem decaelo
& manentem super eum
hic est qui batizat in
spū sco. & ego uidi & testi
monum perhibui quia
hic est electus dī.

ℒ xvi plus

III Alteradie iterum
stabat iohannis & ex
discipulis eius duo. & re
spexit ihm ambulantē
& dicit. ecce agnus dī
ecce qui tollit peccata
mundi. & audierunt
eum duo discipuli eius
loquentem & secuti sunt
ihm. Conuersus autem
ihs & uidens eos sequen
tes se. dicit eis. quid
quertis. qui dixerunt
ei. rabbi. qui dicitur
interpraetatum magis
ter ubi habitas. dicit
eis ihs. uenite & uidete
Et uenerunt & uiderunt
ubi manet & apud eum manse
runt die illo. hora autē
erat quasi decima. erat
autem andreas frater
simonis petri. unus ex
duobus qui audierant
ab iohanne & secuti
erant eum. Inuenit hic
primum fratrem suum.

simonem. & dicit ei inue
nimus messiam quod est
interpractum xps. & ad
duxit eum ad ihm. Intu
tus autem eum ihs dixit.
Tues simon filius iohannis
tu uocaueris cephas quod
interpraetatur petrus.
In crastinum autem uoluit
exire ingalileam & pro
fectus est inuenit philip
pum. & dicit ei ihs. Sequ
re me. Erat autem philip
pus ab bethsaida ex ci
uitate andre & petri.
Inuenit philippus nata
nahel. & dicit ei. quem
scripsit moyses in lege
& prophete. inuenimus
ihm filium ioseph. qui
est anazareth. & dix
ei nathanahel anaza
reth. potest aliquid
bonum esse. dicit ei phi
lippus. ueni & uide.
Vidit ihs nathanahel
uenientem ad se. & di
cit de eo. Ecce uir
israhelita in quo dolus
non est. Dicit ei natha

nahel. unde me nosti
Respondit ihs & dixit ei
priusquam te philipus
uocaret & cum esses sub
ficu. uidite. Respon
dit ei nathanahel &
ait. Rabbi. tues filius
dei. tues rex israhel.
Respondit ihs & dixit ei
quia dixi tibi uidite
sub ficu. credis maius
his uidebis. & dicit ei
Amen amen dico uobis.
Videbitis celum apertu
& angelos dei ascenden
tes & descendentes su
per filium hominis.

IIII Et die tertio nuptiae
facte sunt in chana
galileae. & erat mater
ihu. ibi. Uocatus est
autem ibi ihs & discipu
li eius ad nuptias. & de
ficiente uino. dicit mater
ihu ad eum. Uinum non
habent. & dicit ei ihs.
quid mihi & tibi est
mulier. nondum uenit
hora mea. Dicit mater
eius ministris. quod

ioh

cumque dixerit uobis fa
cite. Erant autem ibi lapi
deae hydriae sex posite
secundum purificationem
iudeorum capientes singule
metretas binas uel ternas.
Dicit eis ihs. Implete hy-
drias aqua & impleue
runt eas usque adsummum.
Et dicit eis. haurite nunc
& ferte architriclino
& tulerunt. Ut autem gus
tauit architriclinus
aquam unum factam.
& non sciebat unde est &
ministri autem sciebant
qui auxerant aquam.
Vocat sponsum architri
clinus & dicit ei. Omnis
homo primum bonum uinū
ponit & cum inebriati
fuerint. Tunc id quod
deterius est. tu autem
seruasti bonum uinum
usque adhuc. hoc fecit
initium signorum ihs in
chana galileae. & ma
nifestauit gloriam suā
& crediderunt in eum
discipuli eius.

Post hęc discendit caphar
naum ipse & mater eius
& discipuli eius & ibi
manserunt nonmultis
diebus. Et Propeerat
pascha iudeorum &
cendit hierusolymam ihs
Et inuenit in templo uen
dentes boues & oues &
columbas. & nummola
rios sedentes. & cum fe
cisset quasi flagellū
de funiculis omnes eie
cit de templo. Oues
quoque & boues & num
mulariorum effudit
aes. & mensas subuer-
tit. & his qui columbas
uendebant. dixit au
ferte ista hinc. nolite
facere domum patris
mei. domum negotiatio
nis. Recordati uero
sunt discipuli eius. quia
scriptum est. Zelus
domus tuae comedit me.
Responderunt ergo iu
dei. & dixerunt ei. quod
signum ostendis nobis
quia haec facis.

Respondens ihs dixit eis.
Soluite tēplum hoc & in
tribus diebus & excitabo illud.
Dixerunt ergo ei iudaei
quadraginta & sex annis
aedificatum est tēplum
hoc. & tu tribus diebus
excitabis illud. ille autē
dicebat de templo cor
poris sui. Cum ergo re
surrexisset a mortuis
recordati sunt discipuli
eius quia hoc dicebat
& crediderunt scriptu
re & sermoni quem dix
ihs. Cum autem esset &
hierusolimis in pascha
in die festo multi credi
derunt in nomine eius.
uidentes signa eius que
faciebat. Ipse autem
ihs non credebat sem &
ipsum eo quod ipse nos
sit omnes & quia opus
ei non erat ut quis testi
monium perhiberet &
de homine. ipse enim scie
bat quid esset & in homine.
VI Erat autem homo ex pha
riseis nicodimus nomine
princeps iudeorum. hic
uenit ad eum nocte & dix
it ei. Rabbi. scimus quia
a dō uenisti magister.
Nemo enim potest haec
signa facere que tu facis
nisi fuerit dūs cum eo.
Respondit ihs & dixit ei.
Amen amen dico tibi
Nisi quis natus fuerit
denuo. non potest ui de
re regnum dī. Dicit
ad eum nicodimus. Quo
modo potest homo nas
ci. cum senex sit. numquid
potest in uterum matris
suae iterato introire
& nasci. Respondit ihs
Amen amen dico tibi. nisi
quis renatus fuerit ex
aqua & spū non po
test introire in regnum
dī. quod natum est & car
// & spū. spūs est. non mireris
quia dixi tibi oportet
uos nasci denuo. spūs
ubi uult spirat & uocē
eius audis. sed non scis
unde ueniat & quo ua
dat. sic est omnis qui

// ne. caro est. & quod natum est

10h

natus est & spū. Respon
dit nicodimus & dixit ei
quomodo possunt hec
fieri. Respondit ihs &
dixit ei. Tu es magis
ter in israhel & hec
ignoras. Amen amen
dico tibi. quia quod
scimus loquimur & quod
uidimus testamur. & tes
timonium nostrum non
accipitis. Si terrena
dixi uobis. & non crede
tis. quomodo si dixero
uobis celestia credetis
Et nemo ascendit in cēlū
nisi qui discendit de cēlo.
filius hominis qui est
in celo. & sicut mor ser
exaltauit serpentem
in deserto ita & altari
oportet filium hominis
ut omnis qui credit in
ipso non pereat sed ha
beat uitam aeternam.
Sic enim dilexit ds mun
dum. ut filium suum unige
nitum dar &. ut omnis qui credit in eū non pereat. sed habeat uitam
aeternam. Non enim misit ds filium suum

Vii

Qui credit in eum non iudi
catur. Qui autem non
credit iam iudicatus
est quia non credit in no
mine unigeniti filii di.
Hoc est autem iudicium
quia lux uenit in mundū,
& dilexerūt homines ma
gis tenebras quam lucem
Erant enim eorum mala opera
omnis enim qui male agit
odit lucem & non uenit ad
lucem ut non arguantur
opera eius. Qui autem
facit ueritatem. uenit
ad lucem ut manifestentur
opera eius quia in dō sunt
facta. Post hec uenit ihs
& discipuli eius in iudeā
terram & illic demora
batur cum eis & bap
tizabat; Erat autem &
iohannis baptizans
in. ae. non. iuxta salim
quia aquae multae erant
illic. & aduenie bant
& baptizabantur;
Nondum enim missus fue
rat in carcerem iohannis
facta est ergo questio

ex discipulis iohannis cū
iudeis de purificatione &
uenerunt ad iohannem &
dixerunt ei. Rabbi qui
erat tecum trans iordā
nem cui testimonium per
hibuisti. ecce hic bapti
zat & omnes ueniunt ad
eum. Respondit iohan
nis & dixit. Non potest
homo accipe quicquam
nisi fuerit ei datum de
caelo. Ipsi uos mihi tes
timonium per hibuistis
quod dixerim ego non sū
xps. Sed quia miss sum
ante illum. Qui hab&
sponsam sponsus est
amicus autem sponsi
qui stat & audit eum
gaudio gaudet prop
ter uocem sponsi;
hoc ergo gaudium meū
impl&um est. Illum aūo por
t& crescere. me autē minui.
Qui desur sum uenit su
pra omnis est. qui est
de terra. de terra est.
& de terra loquitur
qui de cęlo uenit supra
omnes est. & quod uidit
& audiuit hoc testatur
Et testimonium eius nemo
accepit. qui accepit eius
testimonium signauit
quia ds uerax est. quem
enim misit ds uerba di lo
quitur. Non enim ad men
suram dat ds spm. pat&
diligit filium & omnia de
dit in manus eius. qui
credit in filium hab&
uitam ae&rnam qui aū
incredulus est filio. non
uidebit uitam sed ira dī
man& super eum;

VIII Vt ergo cognouit
ihs quia audierunt pha
risei quia ihs plures
discipulos facit & bap
tizat quam iohannis
quam quam ihs non bap
tizat & sed discipuli eius;
Reliquit iudeam & abiit
iterum in galileam. Opor
tebat. aūi eum transire
per samariam. Uenit
ergo in ciuitatem sa
mariae quae dicitur
sichar. iuxta praedium.

quoddedit iacob ioseph
filio suo. Erat autem ibi
fons iacob. Ihr ergo fa
tigatus ex itinere sedebat
sic sup fontem hora
erat quasi sexta.
Venit mulier de samaria
haurire aquam. Dicit ei
ihs. da mihi bibere. dis
cipuli enim eius abie
rant in ciuitatem ut ci
bus emerent. Dicit ergo
ei mulier illa samaritana
Quomodo tu iudaeus cum
sis bibere a me poscis
que sum mulier samarita
na. Non enim coutun
tur iudaei samaritanis.
Respondit ihs & dixit ei.
Si scires donum dī & quis
est qui dicit tibi da mihi
bibere tu forsitan pe
tisses ab eo. & dedisset
tibi. aquam uiuam. Dicit
ei mulier. dne neque
in quo haurias habes. &
puteus altus est unde
ergo habes aquam uiuā
Numquid tu maior. es. pa
tre nostro iacob. qui
dedit nobis puteum. & ipse
ex eo bibit & filii eius &
pecora eius. Respondit
ihs & dixit ei. Omnis qui
bibit ex aqua hac sitiet
iterum. qui autem bi
berit ex aqua quam ego
dabo ei. non sitiet in eter
num. Sed aquam. quam
dabo ei. fiet in eo fons
aquae salientis in uitam
aeternam. Dicit ad eum
mulier. dne da mihi hanc
aquam ut non sciam neque
ueniam huc haurire. Dicit
ei ihs. uade uoca uirum
tuum & ueni huc. Res
pondit mulier & dixit
non habeo uirum. Dicit
ei ihs. benedixisti. quia
non habeo uirum. quin
que enim uiros habuis
& nunc que habes non
est tuus uir. hoc uere
dixisti. Dicit ei mulier
Dne uideo quia prophe
ta es tu patres nostri
in monte hoc adorauerunt
& uos dicitis quia
hierusolimis est locus

ubi adorare oportꝫ.
Dicit ei ihs. mulier crede
mihi. quia uenit hora
quando neque in monte
hoc neque in hierusoli
mis adorabitis patrem
Uos adoratis quod nesci
tis. nos adoramus quod
scimus quia salus ex iu
daeis est. Sed uenit ho
ra & nunc est. quando
uri adoratores ad
orabunt patrem in spu
& ueritate. Nam & pa
ter tales querit qui
adorent eum spūs est dr
Et eos qui adorant eum
in spu & ueritatem.
Oportꝫ adorare. dicit
ei mulier. Scio quia
messias uenit qui dici
tur xps. Cum ergo ue
nerit ille. nobis adnun
tiauit omnia. Dicit
ei ihs. ego sum qui lo
quor tecum. & continuo
uenerunt discipuli eius
& mirabantur quia cū
muliere loquebatur
Nemo tamen dixit quid
queris cum ea. Reliquid
ergo hydriam suam
mulier. & abiit in ciui
tatem. & dicit illis homi
nibus. Uenite uidete ho
minem qui dixit mihi om
nia quecumque feci.
Numquid ipse est xps. ex
ierunt de ciuitate & ue
niebant ad eum. Inter ea
rogabant eum discipuli
dicentes. Rabbi manduca. Ille autem dixit eis.
Ego cibum habeo man
ducare quem uos nesci
tis. Dicebant ergo discipuli ad inuicem. Num
quid aliquis attulit ei
manducare. Dicit eis ihs.
Meus cibus est ut faciā
uoluntatem eius qui mi
sit me. ut perficiā opus
eius. Nonne uos dicitis
quod adhuc quattuor
menses sunt & messis
uenit. Ecce dico uobis.
Leuate oculos uestros
& uidete regiones quia
albe sunt iam ad messē
& qui metit mercedem

accepit · & congregat
fructum inuitam & ēnam ·
Vt & qui seminat simul
gaudeat & qui metit.
IN hoc enim est uerbum
uerum qui aliu⁹ est qui
seminat & aliu⁹ est qui
metit · Ego misi uos me
tere quod uos non labo
rastis: alii laborauerūt
& uos in laborē eorum
introistis: Ex ciuitate
autem illa multi crediderunt in eum · samaritano
rum propter uerbum
mulieris testimonium p
hibentis quia dixit mihi
omnia quecumque feci.
Cum uenissent ergo ad illū
samaritani rogauerunt
eum ut ibi maneret &
mansit ibi duos dies. &
multo plures crediderunt propter sermonē
eius. & mulieri dicebant
quia iam nō propter tuam
loquellam credimus:
IPse enim audiuimus &
scimus quia hic est sal
uator mundi:

VIII
lō xxxiiii
m xviii

lo xxxv
m exlii
m. li
l. xxi

lo xxxvi
solus

lō xxxvii
m. lxiii
l. lxv

POST DUOS AUTEM DIES
exiit inde & abiit in galileā.
IPse enim ihs testimonium
perhibuit quia prophēta
in sua patria honorem
non habet. Cum ergo uenis
set in galileam exceperunt
eum galilei cum omnia
uidissent que fecerat hie
rosolimis in die festo &
ipsi enim uenerunt in die
festum uenit ergo iterū
in chana galileae ubi
fecit aquam uinum:
ET erat quidam regulus
cuius filius infirmabatur
caphar naum · hic cum
audisset quia ihs aduenit
a iudea in galileam
abiit ad eum & rogabat eū
ut discenderet & sanaret
filium eius incipiebat enī
mori. Dixit ergo ihs ad
eum nisi signa & prodi
gia uideritis non credi
tis: Dicit ad eum regulus
Dne discende priusquam
moriatur filius meus.
Dicit ei ihs. uade filius
tuus uiuit credidit homo

sermon quem dixit ei ihs.
& ibat. Iam autem eum dis
cedentem seruu occurre
runt ei. & nuntiauerunt
dicentes ei. quia filius eius
uiuit. Interrogabat
ergo horam ab eis in qua
melius habuerit. & dixe
runt ei. quia heri hora
septima reliquit eum fe
bris. Cognouit ergo pater
qui a illa hora erat in
qua dixit ei ihs. filius tuus
uiuit & credidit ipse &
domus eius tota. Hoc
iterum secundum signum
fecit ihs cum uenisset a iu
dea in galileam.

℣ Post hec erat dies
festus iudeorum & ascen
dit ihs hierusolimis super
probatica piscina que
cognominatur hebreice
bethsaida quinque por
ticos habens in his iace
bat multitudo magna
languentium. cecorum.
claudorum. aridorum
expectantium aque motū
Erat autem quidam homo

ibi xxxviii annos. habens
infirmitate sua. hunc cū
uidisset ihs iacentem & cog
nouisset quia multum iam
tempus habet. dicit ei.
Vis sanus fieri. respondit
ei languidus. dne hominē
non habeo ut cum mota
fuerit aqua mittat me
in piscinam. dum uenio
enim ego alius ante me
descendit. Dicit ei ihs.
Surge tolle grabatum
tuum & ambula. & sta
tim sanus factus est homo.
& sustulit grabatū
suum & ambulabat.
Erat autem sabbatum in
illo die. Dicebant iudei
ille qui sanus fuerat.
Sabbatum est non licet
tibi tollere grabatum tuū
Respondit eis. qui me fe
cit sanum ille mihi dixit
tolle grabatum tuum &
ambula. Interrogauerunt
ergo eum. qui sē
ille homo qui dixit tibi
tolle grabatum tuum &
ambula. Is autem qui

℣ x
to xxxviii
tm lxx
tm xx
l xxxvii

to xxxviii
solus

ioh

sanus fuerat effectus
nesciebat quis esset. ihs
enim declinauit turbam
constitutam in loco
Postea inuenit eum ihs
in templo & dixit illi.
Ecce sanus factus es. iam
noli peccare ne deterius
tibi aliquid contingat.
Abiit ille homo & nuntia
uit iudeis. quia ihs esset
qui fecit eum sanum.
Propter ea persequeban
tur iudei ihm quia hec
faciebat in sab bato.
ihs autem respondit eis.
Pater meus usque modo
operatur. & ego operor
Propter ea ergo magis
querebant eum iudei
interficere quia non so
lum soluebat sabbatū
sed & patrem dicebat deum
aequalem sibi faciens deo.
Respondens itaque ihs
& dixit eis. Amen amen
dico uobis. Non potest
filius facere a semetipso
quicquam. nisi quod uiderit
patrem facientem.

Quecumque enim ille fe
cerit; hec & filius similiter fa
cit. pater enim diligit
filium & omnia demon
strat ei. que ipse facit
Et maiora his demonstra
bit ei opera. ut uos mi
remini. Sicut enim
pater suscitat mor
tuos & uiuificat; sic &
filius quos uult uiuificat.
Neque enim pater iudi
cat quemquam. sed iu
dicium omne dedit filio
ut omnes honorificent
filium. sicut honorifi
cant patrem. Qui non
honorificat filium non
honorificat patrem
qui misit illum. Amen
amen dico uobis. quia
qui uerbum meum audit
& credit ei qui misit
me habet uitam eternā.
& in iudicium non uenit.
sed transit a morte ad
uitam. Amen amen dico
uobis. Quia uenit hora
& nunc est quando
mortui audient uocē

lo. xl.
f. m. xcviii
n. m. xcvi
l. cxvi

lo. xli
solus

filiꝰ di. & qui audierint uiuent; Sicut enim pater habet uitam in semetipso. sic dedit filio uitam habere in semetipso. & potestatem dedit ei & iudicium facere quia filiꝰ hominis est.

Nolite mirari hoc. quia dixi. quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient uocem eius & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitae; qui uero mala egerunt in resurrectionem iudicii.

ꝯ. xl. 2. Non possum ego a me ipso facere; quae quam sicut audio iudico & iudicium meum iustum est.,

to xlii f mcxcv n mclxxvii l cclxxiii

Quia non quaero uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui me misit; Si ego testimonium perhibeo de me. testimonium meum non est uerum; Alius est qui testimonium phibet de me. & scio quia uerum est testimonium meum quod phibet de me. uos misistis ad iohannem & testimo

to xliii f mcxii l cxviii

num perhibuit ueritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio. sed haec dico ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens. Uos autem uoluistis exultare ad horam in luce eius.

Ego autem habeo testimonium maius iohanne. Opera enim quae dedit mihi pater ut perficiam ea. Ipsa opera quae ego facio testimonium perhibent de me quia pater me misit. & qui misit me pater ipse testimonium perhibuit de me;

to xliii f mcxii l cxviii Neque uocem eius. umquam audistis neque speciem eius uidistis. & uerbum eius non habetis in uobis manens. quia quem misit ille huic uos non creditis.,

to xlv solut Scrutamini scripturas quia uos putatis in ipsis uitam aeternam habere

ioh

Et illesunt que testimo
nium perhibent deme.
& non uultis uenire ad me
ut uitam habeatis. Clari
tatem ab hominibus non
accipio. sed cognoui uos
quia dilectionē dī non
hab&is in uobis. Ego
ueni in nomine patris
mei & non accepistis me.
Si alius uenerit in nomi
ne suo. illum accipietis;
Quomodo potestis uos
credere qui gloriam
ab inuicem accepitis:
& gloriam que a solo est
dō non queritis. Nolite
putare quia ego accu
saturus sim uos apud
patrem est qui accu
sat uos. Mos ser in quo
uos speratis. Si enim
crederetis mosi. cre
deretis forsitan & mihi
De me enim ille scripsit.
Si autem illius litteris
non creditis quomodo
meis uerbis credetis.

Xi Post haec abiit ihs

trans mare galileae quod
est tiberiadis. & seque
batur eum multitudo mag
na quia uidebant signa
que faciebat super his
qui infirmabantur.
Subiit ergo in monte ihs
& ibi sedebat cum disci
pulis suis. Erat autem proxi
mum pascha dies festus
iudeorum. Cum subleuas
ss& ergo oculos ihs & ui
disset quia multitudo
maxima uenit ad eum. di
cit ad philippum. unde
ememus panes ut manduc
centhii. Hoc autem dice
bat temptans eum. ipse
enim sciebat quid esset
facturus. Respondit ei
philippus. ducentorū
denariorum panes non
sufficiunt eis. ut unus
quisque modicum quid
accipiat. Dicit ei unus

ex discipulis eius andreas
frater symonis petri;
est puer unus hic qui ha
bet quinque panes hordia
ceos. & duos pisces. sed hec
quid sunt inter tantos.
Dixit ergo ihs. facite ho
mines discumbere. Erat
autem fenum multum in loco
Discubuerunt ergo uiri
numero quasi quinque
milia. Accepit ergo pa
nes ihs. & cum gratias
egisset distribuit discum
bentibus. Similiter & &
piscibus quantum uole
bant. Ut autem impleti
sunt dixit discipulis suis
Colligite que superaue
runt fragmenta. ne pere
ant. Collegerunt ergo
& impleuerunt duodecim
cophinos fragmentorum
ex quinque panibus hor
diaceis que superauerunt
his qui manducauerunt.
Illi ergo homines cum ui

io. vi.
fin. c.
th lxvii

dissent quod feceratsig
num. dicebant. quia hic
uere est prophēta que
uenturus est in mundum.
Ihs ergo cum cognouisset
quia uenturi essent ut
raperent eum et facere
rint eum regem. fugit
iterum in montem ipse solus.

XII Vt autem serotinum
tum est discenderunt
discipuli eius ad mare.
Et cum ascendissent na
uem ueneruntrans
mare in capharnaum
& tenebrae iam facte
erant & non uenerat
ad eos ihs. Mare au
ubrto magno flante
exsurgebat. Cumre
migassent quasi. sta
dia. xxv. aut. xxx.
Uident ihm ambulan
tem super mare. & p
ximum naui fieri. &
timuerunt. Ille autē
dicit eis. Ego sum noli

io. l
solue

te timere. Uoluerunt
ergo accipere eum in
naui. & statim fuit na
uis ad terram quam
ibant. Altera die turba
que stabat transmare
uidit quia naucula alia
non erat ibi nisi una.
& quia non introisset cum
discipulis suis ihs in na
uem. sed soli discipuli
eius abissent. Alia ue
ro superuenerunt
naues de tiberiade iuxta
locum ubi manducaue
runt panem gratias
agente dño. Cum ergo
uidisset turba quia
ihs non esset ibi neque
discipuli eius ascen
derunt nauicula. & to l iii
uenerunt capharnaū to l iii m c lxi m l xxvii
querentes ihm. & cum
inuenisset eum trans
mare dixerunt ei. Rab
bi. quando huc uenisti. Res
pondit eis ihs. & dixit

10h

Amen amen dico uobis.
Quertis me. non qui au
distis signa. sed qua
manducastis & panibus
& saturati estis. Operа
mini non cibum qui pe
rit sed qui p manet in
uitam & ernam quem
filius hominis uobis
dabit. hunc enim signa
uit pat dns. Dixerunt
ergo ad eum quid fa
ciemus ut operemur
operadi. Respondit ihs
& dixit eis. hoc est opus
di. ut credatis in eum quē
misit ille, Dixerunt
ergo ei. quid ergo tu fa
cis signum ut uideamus
& credamus tibi quid
operaris. patres nri manna
manducauerunt in de
serto. sicut scriptum
est. panem de cae lo de
dit eis manducare.
Dixit ergo eis ihs. amen
amen dico uobis; Non moyses

dedit uobis panem decaelo
Sed pater meus dat uobis pa
nem decaelo uerum. panis
enim dei est qui discendit
decelo & dat uitam mundo
Dixerunt ergo ad eum.
dne semper da nobis pa
nem hunc. dixit autem
eis. Ego sum panis uitae
qui uenit ad me non esuriet
& qui credit in me non sitiet
unquam; Sed dixi uobis
quia & uidistis me & non
credidistis. Omne quod
dat mihi pater ad me ue
niet. & eum qui uenit ad
me non eiciam foras;
Quia discendi decaelo non
ut faciam uoluntatem meā
sed uoluntatem eius qui
misit me. Hec est autē
uoluntas eius qui misit me
patris. ut omne quod de
dit mihi non perdam ex
eo. sed resuscitem illum
nouissimo die. Hec. ē.
enim. uoluntas patris
mei qui misit me. ut om
nes qui uidet filium & cre
dit in eum habeat uitam
aeternam. & resuscita
bo ego eum in nouissimo die;
Murmurabant ergo iu
dei de illo. quia dixis
set. Ego sum panis qui
decaelo discendi.;
Et dicebant nonne hic
est ihs filius ioseph.
Cuius nos nouimus patrē
& matrem. Quomodo
ergo dicit hic quia
decaelo discendi. Res
pondit ergo ihs. & dixit
eis. nolite murmurare in
uicem. Nemo potest ue
nire ad me nisi pater
qui misit me traxerit
eum. & ego resuscitabo
eum nouissimo die;
Et scriptum est in pro
phetis. & erunt omnes
docibiles dei. Omnis qui
audiuit a patre & didi
cit uenit ad me. Non

10h

quia patrem uidit quis
quam nisi. his qui est a deo
hic uidit patrem.;

xiii Amen. amen dico
uobis. qui credit in me
habet uitam æternam;

10 lxm
ccclxxxiii
m.clxv
lccclxvi
Ego sum panis uitae.
10 lxiiii. soluf. patres uestri
manducauerunt manna
in deserto. & mortui
sunt. hic est panis de
caelo discendens. ut si
quis ex ipso manducauerit non moriatur;

10. lxvii
ccclxxxiii
mclxv
lccclxvi

10 lxviii
soluf

Ego sum panis uiuus
qui de caelo discendi.
Si quis manducauerit ex
hoc pane uiuet in æternum; & panis quem ego
dabo caro mea est pro
mundi uita. Litigabant
ergo iudaei ad inuicem
dicentes;, Quomodo po
test hic nobis carnem
suam dare ad manducandum. Dixit ergo eis
ihs. Amen amen dico uob

Nisi manducaueritis carnem filii hominis & bibe
ritis eius sanguinem
non habebitis uitam in uobis;,
Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem habet uitam æternam. & ego resuscitabo
eum in nouissimo die;,
Caro enim mea uere. ē.
cibus. & sanguis meus
uere est potus;,
Qui manducat meam carnem & bibit meum
sanguinem in me manet
& ego in illo. Sicut mi
sit me uiuens pater.
& ego uiuo propter
patrem. & qui manducat me & ipse uiuet pp
ter me. hic est panis
qui de caelo discendit.
Non sicut manducauerunt
patres uestri manna
& mortui sunt; qui
manducat hunc panē
uiuet in æternum.;

Haec dixit in synagoga
docens in capharnaum
Multi ergo audientes
ex discipulis eius dixe
runt. Durus est hic
sermo quis potest eū
audire? Sciens autem
ihs apud semet ipsum
quia murmurarent de
hoc discipuli eius. dix̄
et. hoc uos scandali
zat. Si ergo uideri
tis filium hominis as
cendentem ubi erat
prius? Spūs est qui ui
uificat caro non prod
est quicquam; uerba
que ego locutus sum
uobis. spūs & uita sunt;
Sed sunt quidam ex uo
bis qui non credunt.
Sciebat enim ab initio
ihs qui essent credentes
& qui traditurus eet eū.
& dicebat propterea.
dixi uobis. quia nemo
potest uenire ad me.

nisi fuerit ei datum a pa
tre meo. Ex hoc multi
discipulorum eius abi
erunt retro. & iam n̄.
cum illo ambulabant.
Dixit ergo ihs ad duo
decim. numquid & uos
uultis abire. Respon
dit ergo ei simon pe
trus. dn̄e ad quem ibi
mus uerba uitae habes
nae habes & nos cre
dimus & cognouimus
quia tu es xp̄s filius dei.
Respondit ei ihs. non
ne ego uos duodecim
elegi. & ex uobis unus
diabulus est. Dicebat
autem iudam simonis
scariothis. hic enim
traditurus erat eum
cum esset unus ex duodeci.

Xim Posthec ambulabat ihs
bat ihs in galileam
Non enim uolebat in
iudea ambulare
quia querebant eum

lō lxviii
t m ccc x
n m c xci
t ccxcvii

lō lxx
t m ccxcvii
n m clxxvii

lō lxxi
Solus

lō lxxii
t m ccl x viii
n m clxi

lō lxxiii
solus

lō lxxiv
t m clxvi
n m lxxxii
t xciii

lō lxxv
solus

iudaei interficere.
Erat autem inproximo
dies festus iudaeorum
scinofegia. Dixerunt
autem ad eum fratres
eius. Transi hinc &ua
de in iudeam ut &disci
pulitui uideant opera
tua quae facis. Nemo
quippe inocculto quid
facit &querit ipse in
palam esse. Si haec fa
cis manifesta teipsum
mundo. neque enim fra
tres eius credebant in
eum. Dicit ergo eis ihs
Tempus meum nondum
aduenit. tempus autē
uestrum semper est
paratum. Non potest
mundus odisse uos
me autem odit quia ego
testimonium perhibeo
de illo quia opera eius
mala sunt. Uos autem
ascendite ad diem hunc festum
Ego non ascendo addiem
festum istum quia meum
tempus nondum impletū ē.
Haec cum dixisset ipse man
sit ingalilea. ut autem as
cenderunt fratres eius.
tunc &ipse ascendit ad
diem festum non manifes
te sed quasi inocculto.
Judei ergo querebant
in die festo. &dicebant
ubi est ille. &murmur
multus de eo erat intur
ba. quidam enim dice
bant quia bonus est;
Alii autem dicebant. non.
sed; ducit turbas. Nemo
tamen palam loquebatur de
illo propter metum iu
deorum. Jam autem me
diante diem festum.
Ascendit ihs in templum
&docebat &mirabantur iudei dicentes. Quo
modo hic litteras scit
cum non dedicerit.
Respondit eis ihs &dixit
mea doctrina non ē mea.

Sed eius qui misit me.
Si quis uoluerit uoluntatem eius facere cognoscet de doctrina utrum ex deo sit. an ego ex me ipso loquor. Qui a semet ipso loquitur gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam eius qui misit illum. hic uerax est. et iniustitia in illo non est. Nonne moyses dedit uobis legem. et nemo ex uobis facit legem. Quid me queritis interficere;
Respondit turba et dixit Demonium habes quis te querit interficere.
Respondit ihs et dixit eis Unum opus feci et omnes miramini. Propterea moyses dedit uobis circumcisionem. Non quia ex moyse est sed ex patribus. et in sabbato circumcidit is hominem

Si circumcisionem accipit homo in sabbato ut non soluatur lex moysi. si mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato.
Nolite iudicare secundum faciem sed iustum iudicium iudicate.
Dicebant autem quidam ex hierusolimis. Nonne hic est quem querunt interficere. et ecce palam loquitur. et nichil ei dicunt. Numquid uere cognouerunt principes quia hic est xps. Sed hunc scimus unde sit. xps autem cum uenerit nemo scit unde sit.
Clamabat ergo in templo docens ihs et dicens. et me scitis et unde sim scitis. et a me ipso non ueni. sed est uerus qui misit me. quem uos nescitis

lo lxxvi
mcxii
lcxviii

ioh

ctus· ego scio eum quia
abipso sum & ipse me misit.
Querebant ergo eum ad
prachendere & nemo
misit in illum manus quia
nondum uenerat hora eius;
Turba autem multa cre
diderunt in eum & dice
bant. Xps cum uenerit
numquid plura signa fa
cit & quam qui hic facit.
Audierunt pharisei tur
bam murmurantem de
illo haec·; & miserunt
principes & pharisaei
ministros ut; prachen
derint eum· Dixit ergo
ihs· adhuc modicum
tempus uobiscum sum
& uado ad eum qui misit
me· quertis me & non
inuenietis· & ubi sum ego
uos non potestis uenire.
Dixerunt ergo iudei ad
se ipsos· quo hic itu
rus est & doctur us est
quia non inuenie mus eu

Numquid in dispersionem
gentium iturus est & doc
turus gentes· qui est
hic sermo quem dixit.
Quertis me & non inuenie
tis· & ubi sum ego non po
testis uenire·;

XV In nouissimo autem ag
no festiuitatis· stabat
ihs· & clamabat dicens·
Si quis sitit ueniat ad me
& bibat· qui credit in
me· sicut dixit scrip
tura· flumina de uen
tre eius fluent aque
uiue· hoc autem dixit
de spu quem acceptur i
erant credentes in eum·;
Non enim datus erat sps
quia ihs nondum fuerat
glorificatus; Ex illa
ergo turba cum audis
sent hos sermones eius
dicebant· hic est uere
proph&a· alii dicebant
hic est xps; quidam au
dicebant· numquid

agalilea uenit xps. Non
ne scriptura dicit
quia & semine dauid &
bethlem castello ubi
erat dauid uenit xps.
Dissensio itaque facta
est inturba propter
eum. Quidam autem &
ipsis uolebant adprae
hendere eum. Sed ne
mo misit super illum
manus. Uenerunt ergo
ministri adpontifices
& phariseos. & dixe
runt eis illi. quare non
adduxistis eum. Resp
onderunt ministri.
Numquam sic locutus
est homo. sicut hic ho
mo. Responderunt er
go eis pharisaei. Num
quid & uos seducti estis.
Numquid aliquis & prin
cipibus credidit in eum
dit & pharisaeis. sed
turba haec quia non no
uit legem maledicti sunt

Dicit nicodemus ad eos
ille qui uenerat ad eum
nocte qui unus erat
ex ipsis. Numquid lex
nostra iudicat hominem
nisi audierit prius ab
ipso & cognouerit quid
faciat. Responderunt
& dixerunt ei. Num
quid & tu galileus es
Scrutare & uide quia p
pha de galilea non sur
git. & reuersi sunt unus
quisque in domum suam.

XVI Jhs autem perrexit
in montem oliueti. & di
luculo iterum uenit
in templum & omnis po
pulus uenit ad eum.
Et sedens docebat eos.
Adducunt autem scribe
& pharisaei mulierem
in adulterio deprahen
sam. & statuerunt eam
in medio & dixerunt ei.
Magister haec mulier
modo deprahensa est.

7ª lxxxim
15 lxxxiii
solus
15 lxxxv
Fm ccxx
Pm cxxii
Lccxxxviii.
15 lxxxvi
solus

madulterio · In lege autem
mor: ses mandauit nobis
huius modi lapidare.
Tu ergo quid dicis · haec
autem dicebant temptan
tes eum ut possent ac
cusare eum · ihs autem
inclinans se deorsum digi
to scribebat interra ·;
Cum autem perseuerarent
interrogantes eum · erex
it se · & dixit eis qui si
ne peccato est uestrū
primus in illam lapidē
mittat · & iterum se in
clinans scribebat ·
Audientes autem unus p̄
unum exiebant incipi
entes a seniorib⁹ · &
remansit solus & mu
lier in medio stans ·;
Erigens autem se ihs · dix
it ei · mulier · ubi sunt qui
te accussabant · Nemo
te condemnauit · que
dixit · Nemo dñe · dixit
autem ihs · Nec ego te
condemnabo · uade &
amplius iam noli peccare ·;

XVII Iterum ergo Locutus
est ihs · dicens eis · Ego
sum lux mundi · qui sequi
tur me non ambulabit
in tenebris sed habebit
lucem uitae · Dixerunt
ergo pharisaei · tu de
te ipso testimonium p
hibis · testimonium tuū
non est uerum · Respon
dit ihs & dixit eis ·;
Et si ego testimonium
perhibeo de meipso
uerum est testimoniū
meum · Quia scio un
de ueni & quo uado ·
Uos autem nescitis un
de ueni & quo uado ·
Uos secundum carnem
iudicatis ego autem
non iudico quemquā ·
Et si iudico ego iudiciū
meum uerum est quia
solus non sum · sed ego
& qui me misit p̄ater ·

⁊ testimonium uerum est; ego autem qui testimonium.

Scd

Et in lege uestra scriptū
est. quia duorum ho
minum ⁊ perhibeo deme
ipso. & testimonium p
hib& deme quime misit
pater ⁊ Dicebant ergo
ei. ubi est pater tuus; ⁊
Respondit ihs. Neque
me scitis. neque patrem
meum ⁊ Si me sciretis for
sitan & patrem meum sci
retis; Haec uerba lo
cutus est ihs in gaza
phylacio docens in tem
plo. & nemo adprae
hendit eum quia non
dum uenerat hora eius;
Dixit ergo iterum eis ihs.
ego uado & quaeretis me
& in peccato uestro mo
riemini. ⁊ Quo ego uado
uos non potestis uenire
Dicebant ergo iudaei
Numquid interficiet
m& ipsum. quia dicit
quo ego uado uos non
potestis uenire.

Et dicebat eis. uos de de
orsum estis ego de supe
nis sum. ⁊ Uos de mundo
hoc estis. ego non sum
de hoc mundo. Dixi
ergo uobis. quia mo
riemini in peccatis
uestris. Si enim non
credertis quia ego
sum moriemini in pec
cato uestro. Dicebant
ergo ei. tu quis es.
Dixit eis ihs. princi
pium quia & loquor
uobis. multa habeo
de uobis loqui. & iu
dicare. sed qui misit
me uerax est. & ego
quae audiui ab eo haec
loquor ⁊ In mundo & non
cognouerunt quia pa
trem eius dicebat;
Dixit ergo eis ihs. cū
exaltaueritis filiū
hominis. tunc cogno
scetis quia ego sum &
a me ipso facio nihil.

lo lxxxvii
m cxii
l cxviii

lo lxxxviii
m ccxx
m cxxii
l ccxlii.

lo lxxxviii
Golus.

10h

Sed sicut docuit me pater
haec loquor. & qui me
misit mecum est non re
linquit me solum quia
ego que placita sunt ei
facio semper. Haec illo
loquente multi crediderunt in eum. ¶ Dicebat
ergo ihs ad eos qui credi
derunt ei iudeos. Si
uos ꝑmanseritis in ser
mone meo uere discipuli
mei eritis. & cognosce
tis ueritatem & ueritas
liberabit uos. ¶ Respon
derunt ei. semen abra
he sumus. & nemini ser
uiuimus um quam. quo
modo tu dicis liberi
eritis. Respondit ei
ihs. Amen amen dico
uobis. ¶ Quia omnis qui
facit peccatum seruus
est peccati. Seruus
autem non manet in do
mo in æternum. filius
manet in æternum;

Si ergo filius liberabit
uos fuerit liberi eritis
Scio quia filii abrahe
estis. sed queritis me
interficere quia ser
mo meus non capit in
uobis. Ego quod uidi
apud patrem meum
loquor. & uos que ui
distis apud patrem
uestrum facitis. ¶ Res
ponderunt & dixerunt
ei. pater noster abra
ham est. Dicit eis ihs
Si filii abrahe estis ope
ra abrahe facite.
Nunc autem queritis me
interficere hominē
qui ueritatem uobis
locutus sum quam audi
ui adō hoc abraham
non fecit. Uos facitis
opera patris uestri.
Dixerunt itaque ei. nos
ex fornicatione non
sumus nati. unum pa
trem habemus dm.,

quare loquillam meam non cognoscetis quia non potestis

Sō

DIXIT ergo eis ihs. Si deus pater uester esset; diligeretis utique me. ego enim exdō processi & uenī. Neque enim a me ipso uenī. sed ille misit me. audire sermonem meum, uos ex patre diabulo estis & desideria patris uestri uultis facere. Ille homicida erat ab initio & in ueritate non stetit quia non est ueritas in eo cum loquitur mendacium & proprijs loquitur quia mendax est & pater eius. Ego autē qui ueritatem dico non creditis mihi; Quis ex uobis arguet me de peccato. Si ueritatem dico quare uos non creditis mihi. Qui est exdō uerba dei audit. propterea uos non auditis quia exdō non estis. Responderunt igitur iudei. & dixerunt ei. Nonne benedicimus nos quia samaritanus es tu & daemonium habes. Respondit ihs. Ego demonio non habeo sed honorifico patrem meum & uos inhonoratis me; Ego autem non quero gloriam meam. est qui querit & iudicat. Amen amen dico uobis. Si quis sermonem meum seruauerit mortem non uidebit in aeternum. Dixerunt ergo iudei Nunc cognouimus quia daemonium habes. Abraham mortuus est & prophetae. & tu dicis. Si quis sermonem meum seruauerit non gustabit mortem in aeternum; Numquid tu maior es patre nostro abrahā.

qui mortuus est & pro
phe mortui sunt quem
te ipsum facis. Respondit
ihs. Si ego glorifico me
ipsum gloria mea nihil e.
Est pat̄r meus qui glorifi
cat me quem uos dicitis
quia d̄s nost̄r est: & non
cognouistis eum. ego aũ
noui eum. & si dixero. ñ
noui eum. ero similis uobis
mendax. Sed scio eum &
sermonem eius seruo.
Abraham pater uester
exultauit ut uideret diẽ
meum. & uidit & gauisus
est. Dixerunt ergo
iudaei ad eum. Quinqua
ginta annos nondum ha
bes. & abraham uidisti.
Dixit eis ihs. Amen amen
dico uobis. Antequam
abraham fieret ego sum.
Tulerunt ergo lapides
ut iacerent in eum. ihs
autem abscondit se
& & uuit de templo;

CAPVT IX

Et praeteriens
uidit hominem caecum
a natiuitate. & interroga
uerunt eum discipuli eius.
Rabbi. quis peccauit hic
aut parentes eius ut cẽ
cus nasceretur. Respon
dit ihs. Neque hic pecca
uit neque parentes eius
sed ut manifestetur opus
dei in illo. Me oportet
operari opera eius qui
misit me donec dies est.
Uenit nox. quando nemo
potest operari. quam
diu in mundo sum lux sũ
mundi. Haec cum dixis
set expuit in terram &
fecit lutum ex sputo
& linuit lutum super
oculos eius. & dixit ei.
Uade laua in natatoriã
siluę. quod interpre
tatur missus. abiit ergo
& lauit & uenit uidens.
Itaque uicini eius & qui
uiderant eum prius

quia mendicus erat.
Dicebant. Nonne hic
est qui sedebat & men
dicabat. Alii dicebant
quia hic est. alii autē
nequaquam sed similis
est eius; Ille uero dice
bat quia ego sum;
Dicebant ergo quomo
do aperti sunt oculi tui.
respondit Ille homo qui dicitur ihs
lutum fecit. & unxit
oculos meos. & dixit
mihi. uade ad natatoo
riam siloae & laua.
& abii & laui. & ecce
uideo. Dixerunt ei.
Ubi est ille. ait. nescio.
Adducunt eum ad pha
risęos qui cęcus fuerat.
Erat autem sabbatum
quando lutum fecit ihs
& aperuit oculos eius;
Iterum ergo interroga
bant eum pharisęi.
Quomodo uidisti. Ille
autem dixit eis. Lutum
posuit mihi sup oculos
& laui & uideo. Dice
bant ergo ex phariș
eisquidam. non est hic
homo a dō. quia sabbu
tum non custodit;
Alii autem dicebant. quo
modo potest homo
peccator haec signa
facere. & scisma erat
in eis. Dicunt ergo cecu
rum. tu quid dicis de
eo qui aperuit oculos
tuos. Ille autem dixit
Quia propheta est.
non crediderunt ergo
iudaei. de illo. quia
cecus fuisset & uidisset.
Donec uocauerunt pa
rentes eius qui uiderat.
& interrogauerunt eos
dicentes. hic est filu
us uester. quem uos
dicitis quia cecus na
tus est. respondert
eis parentes eius &
dixerunt. Scimus

10h

quia hic est filius noster
& quia cecus natus est.
quomodo autem nunc ui
det nescimus aut quis
eius aperuit oculus: nos
nescimus. ipsum inter
rogate ætatem habet
ipse de se loquatur. hec
dixerunt parentes eius
quia timebant iudeos.
Jam enim conspiraue
rant iudei. ut si quis
eum confitetur xpm,
extra synagogam fie
ret. propter ea parentes eius dixerunt quia
ætatem habet ipsum
interrogate; Vocaue
runt ergo rursum ho
minem qui fuerat cecus
& dixerunt ei. Da glo
riam deo. nos scimus
quia hic homo pecca
tor est. Dixit ergo ille.
Si peccator est. nescio.
unum scio quia cecus
cum essem modo uideo

Dixerunt ergo illi. quid
fecit tibi quomodo
apperuit tibi oculos.
Respondit eis. dixi uo
bis iam & audistis quid
iterum uultis audire;
Numquid & uos uultis
discipuli eius fieri;
& maledixerunt ei. & dix
erunt. tu discipulus
eius sis. nos moysi dis
cipuli sumus. Nos sci
mus. quia moysi locu
tus est ds. hunc autem
nescimus unde sit.
Respondit. ille homo
& dixit eis. in hoc enim
mirabile est. quia uos
nescitis unde sit. & ap
peruit meos oculos.
Scimus autem quia pec
catores ds non audit.
Sed qui dei cultor est
& uoluntatem eius fa
cit. hunc audit.
A seculo non est auditum
qui aperuerit quis.

℣ tu crediſ infiliumdi· reſpondit ille &dixit

Scd

oculoſ cęci nati· niſi eẽ hic adõ· nonpotterat facere quic quam· Reſ/ponderunt ei· &dixe runt· inpeccatiſ natuſ eſ totuſ &tudoceſ noſ· & eiecerunt eũ foraſ· &cum inueniſ ſẽ eum· dixit ei· ℣ quiſ eſdñe ut credam ineũ· &dixit ei ihſ· &uidiſti eum &qui loquitur tecum ipſe eſt· dtille dit· credo dñe· &pro cidenſ adorauit eum· Dixit ei ihſ· in iudicium ego in hunc mundum ueni· ut qui non uident uideant· &qui uident cęci fiant· &audie runt ex phariſeiſ qui cumipſo erant & dixerunt ei· Num quid &noſ cęci ſumuſ Dixit eiſ ihſ· Si cęci eſſetiſ non haberetiſ peccatum; Nunc autẽ dicitiſ· qui auidemuſ peccatum ueſtrum man&·,

XVIIII

Amen: Amendico· uobiſ· qui non intrat p oſtium in ouile ouium ſed aſcendit· aliunde ille fur eſt & latro; Qui autem intrat poſtiũ paſtor eſt ouium· huic oſtiariuſ aperit &· o ueſ uocem eiuſ audiunt Et propriaſ oueſ· uo cat nominatim· &educit eaſ· & cum propriaſ oueſ emiſerit ante eaſ uadit· & oueſ illũ ſequuntur quia ſciunt uocem eiuſ·, alienum autem non ſecuntur· ſed fugiunt ab eo quia non nouerunt uocem alienorum· Hoc pro uerbium dixit eiſ ihſ· Illi autem non cogno uerunt quod loque retur eiſ· Dixit ergo·

est iterum ihs: Amen
amen dico uobis:, Quia
ego sum ostium ouium
Omnes quot quot uene
runt · fures sunt & latro
nes: sed non audierunt
eos: oues: Ego sum os
tium per me · si quis intro
ierit saluabitur & ingre
dietur & egredietur · &
pascua inuenit · fur
non uenit · nisi · ut furetur
& mactet & perdat ·
Ego ueni ut uitam ha
beant & abundantius
habeant · Ego sum pas
tor bonus · bonus pas
tor animam suam dat
pro ouibus suis · Mer
cenarius autem & qui
non est pastor · cuius
oues non sunt proprie
Uidit lupum uenientem
& dimittit oues & fugit
& lupus rapit · & dispgit
oues · Mercenarius
autem fugit quia mer

ō xc
m cxii
l cxviii

ō xci
m ccm
h lxv

ō xcii
solus

cenarius est · & non pertinet ad eum de ouibus ·
Ego sum pastor bonus &
cognosco meas & cognoscunt me meae · Sicut
nouit me pater & ego
agnosco patrem ·
Et animam meam pono
pro ouibus meis ·,
Et alias oues habeo q: ·
non sunt ex hoc ouili · &
illas oportet me adducere · & uocem meam audient · & fiet unum ouile
& unus pastor; Propterea me pater diligit quia
ego pono animam meam
ut iterum sumam eam
Nemo tollit eam a me ·
sed ego pono eam a me
ipso · potestatem habeo
ponendi eam · & potestatem habeo sumendi
iterum; hoc mandatum
eam; accepi a patre meo
Dissensio iterum facta
est inter iudeos · propter
sermones hos

Dicebant autem multi ex ipsis.
daemonium hab& & in
sanit. Quid eum auditis.
Alii dicebant. haec ver-
ba non sunt daemoniū
habentis. Numquid
daemonium potest ce
corum oculos aperire;

xx FACTA SUNT AUTEM
enchenia in hieruso
limis & hiemps erat
& ambulabat ihs in templo
templo in porticu salomo
nis. Circumdederunt
ergo eum iudaei. & dice
bant ei. quo usque
